preexigit͛ ut ſciat͛ qd ē cōuertēs: & cōuertere potēs uaporē in aquā. Et qd conſtringēs & qd conſtringere potēs uaporem in glaciē. Cōuertere igit͛ uaporem: ē ip̄m īſpiſſando ad naturam aque redigere. Cū aūt frigoris ſit inſpiſſare: ſic calidi diſgregare: patet ꝙ oīs cōuerſio uaporis fit p frigus. Congelatio aūt fit p idē frigus in angulis confortatum: & cōſtringēs aquam q̄ cōuerſa ē. Item nota ꝙ aliqua nubes ē cōuerſa in partibus ſuis q̄.ſ.ē aqua facta: & aliqua ē in uia cōuerſiōis q̄.ſ. eſt in aquā fieri. Dicēdum ergo ꝙ nihil eorum q̄ generant͛ ex uaporē humido ē inflāmabile. Item qa aqua ē elemētum magis tenue q̄ terra pp hoc calor ſolis attrahens tales uapores nō multum retinet͛ ab ipſis uaporibus: ſed ē exalabilis p frigus conſtringēs ip̄m uaporē. & iō nullus talium uaporum pertingit p regionem frigoris ad regionē eſtus: ſed eleuat͛ plus & plus ī regionē frigoris excellētis uel tēperati: ſecūdū ꝙ ſunt calidiores & minus calidi. Si igitur ſit uapor humidus calidus ualde erit uapor ille ualde rarus aſcēdens uſq; ad regionem frigoris. Cum aūt ſit rarus: frigus circūſtans in illo loco penetrabit in ꝓfundū: eius undiq; eo ꝙ rarum in oībus partibus dat īgreſſum frigori. Cum ergo īgredit͛ frigus & ſimul egredit͛ calor. Frigus īcipit cōuertere coartare & īſpiſſare cōuerſas ptes uaporis. Et qa forte eſt frigus: īcipit ue lociter pars fluere ad partem. & quia frigus eſt ualde dominās cōſtringit aquam conuerſam: & generat inde grandinem magnā uel paruam ſecūdum ꝙ ē frigus magis uel minus potēs ſuper ip̄m uaporem. huiuſmodi ſigna ſunt duo. Quorum unum ē ꝙ grando non cadit niſi ī temporibus calidis & p̄cipue in uere & tempore fructuum. i. in autumno & rarius q̄ in uere: qa tūc īcipit calor adurēs & adurās: & exſiccās multum accēdēs uaporem & alte eleuans ip̄m ī mediū frigus: & ex hoc uapor rarus undiq; circūſceptus frigore: dat īgreſſum frigori: & fortiſſime coſtringit͛. Sicut aqua calefacta expoſita ſub diuo in hyeme plus cōgelat͛ q̄ frigida in eodē loco poſita eo ꝙ aqua calida magis rara: magis dat ingreſſum frigori. Aliud ſignū eſt ꝙ grādo nō eſt directe rotunda ſiue ſperica ſed quaſi in forma lentis circūpoſita uel circunſepta guttis cōgelatis. hoc enim accidit quia cum uapor eſſet expanſus in latum: frigus contrahens magis contraxit de materia a lateribus: q̄ a ſuperiori uel inferiori parte. Et cū eſſet magnum: congelauit partē anteq̄ flueret alia ad ipſam: & ideo alia conuerſa confluens ad ipſam adheſit ei: ſicut gutta cōgellata. Si aūt qn̄q; grando inuenit͛ rotūda: hoc eſt per accidens. Et eadem de cauſa etiā ſemp eſt liqueſcens & non ſicca. ſ. quia cadens a regione frigoris tranſit per inferiorē aerem: qui ex reuer

beratione radioꝝ a terra & aqua & pmixtione ē temperate calidus: & ideo ex motu: & iſtius aeris caliditate liqueſcit extrinſecus: & inueniť cadēs liquida. Nix aūt quo ad tp̄s econtrario ſe habet grandini. Et in quibuſdm quo ad materiā conueniēter ſe habet. Generať enim ex uapore calido nō tñ ſicut grando. & huius ſignum ē p̄noſticatio ruſticorum: qui in hyeme qñ remittiť frigus expectāt niuē: niſi ſint nubes obſcure. Aliud ſignum uerius ē: ꝙ uapor niuis future: lucidus ē: & pallens & uideť multis. & hoc ē ſignum raritatis ipſius. Item ſtat diu in aere qñqꝫ p octo dies: & hoc ē ſignum caloris: ſed nō eleuatur niſi tpe hyemis. & hoc quia ſol tunc debilis ē: & iō adiutorio lune uel alterius ſtelle uel plurium: tunc ſufficit eleuare & nō ſufficit adeo ītēdere & caleſacere: ſicut in eſtate fit. Hic ergo accidit ꝙ uapor niuis non ptingit uſqꝫ ad regionē frigoris: ſed remanet circa in regione tēperate frigida frigide tñ regioni magis uicina q̄ terre. & iō quia frigus nō ē adeo forte ſup ip̄m: nec adeo rarus ē uapor ut det undiqꝫ īgreſſum frigori: cōtingit ꝙ uapor niuis ſimul cōuertiť & cōgelať: & nō ante conuertiť & poſtea cōgelať. & in cōuerſiōe ē diffuſus uaporabiliter: ſicut lana carminata. Ideo nix cadit lata & rara: ſicut ſi eēnt ptes lane ſparſe. Quia uero frigus nō fuit forte ſup ip̄m: iō in ipſo egreſſu caloris ex ipſo cōgelatur qa ipſe calor egrediēs aliquātulum reſoluit id qđ debiliter cōgelatum ē. Ideo nix cadit mollis facile comprehēſibilis: quod non eēt ſi eēt oīno glacies ſicut grādo. Hoc aūt locus inferior ideo in eſtatē facere nō pōt: quia reflexu radioꝝ nimis calidus ē cōgelationi: ſed nix ſufficit cōuerſioni ſicut accidit in pluuiis: ut poſtea diceť. Ex his duabus cauſis concludiť cauſa granuloꝝ q̄ cadere conſueuerunt in martio & aprili in noſtris climatibus. ſ. in ſexta & ſeptima & ultra in parte accidentali: que plus diſtant a uia ſolis q̄ alia. Videmus igiť granula rotunda: rara & frequēter habētia formam ciceris. & hec generātur ex cauſa mixta ex utroqꝫ iſtorum. ſ. ex uapore magis calido: & magis eleuato q̄ nix: ſed minus q̄ grando: & quaſi in termino duorum locoꝝ nominatoꝝ. & ideo iſta interius habēt raritatē niuis ſed non molliciē: eo ꝙ frigus magis uincit ſup ea. Exterius aūt tēdunt in grādinis cōparationem. Cum aūt cōuertiť uapor ille aliq̄tulū ex grauitate ſubitus dilatať: & ſupius attrahit de magis calido ſubtili: & ideo ibi efficiť actum. Et huius ſignū ē ꝙ ut frequēter hec in mediis temporibus generanť. ſ. in uere. & in principio ueris: magis q̄ poſt mediū ipſius ſole exiſtente in piſcibus & in principio arietis. Item uapor aqueus ut frequēter nō ē rarus ſubtilis: & calidus ſed potius ſpiſſus frigidus humidus & groſ-

ſus. Et ideo alte nõ aſcendit ad regionẽ magni frigoris: ſed remanet in iferiori: cuius frigus ſufficit cõuerſioni: ſed nõ cõgelationi niſi ꝑ accidens. Et iõ talis uapor reddit aquã pluens. Dico aũt ꝑ accidens qa ex frigore accidẽtali exiſtẽte i aere ipſe gutte pluuie anteq̃ ueniãt ad terrã cõgelant: & cadũt glaties. De pluuiis dicit Iſidorus in lib. ethimologiarꝝ pluuie dicte ſunt: eo ꝙ fluũt q̃ſi fluuie. Naſcũt. n. de terre & maris alitu: q̃ cum altius eleuate fuerint aut ſolis calore reſolute: aut ui uẽtorum depreſſe ſtilant in terris. Nimbus ẽ depreſſitas nubis i tempeſtate obſcura: & inde a nube nimbus. In eſtate uero qa tũc calor fortior ẽ ipetuoſe eleuat uaporẽ ſpiſſum nõ cõglutinatũ: q diuiſus i ptes groſſas eleuat paꝝ. Sed partes frigide iuente i aere diuidũt a calore diuiſim eleuãte uaporem: ſiue ptes uaporis ſpiſſi. Stante aũt nube aliqua aliqd frigoris ẽ ibi: & aliqd alibi. & iõ frigus illud ſic fugiẽs tãgit partes uaporis groſſi ſtãtis in aere: & ſubito cõuertit eas: & iõ fiũt gutte magne cadentes i eſtate ſine uento. Et uident ꝑ lumẽ ſolis trãſire: ſicut parue candele & ſunt calide multũ humectãtes. Quod aũt hec ſit generatio pluuie & guttaꝝ ſignũ ẽ: qa in aquis pluuialibus eo ꝙ calidũ uaporatũ nõ ẽ ab eis remotũ i toto mãet uis cõſtipatiua uẽtris. Aqua enim pluuialis cõſtipat uẽtrẽ: & ualet diſſenteriis. Cõſequẽter dicẽdum eſt de rore q habet aliqd ſimile cum pluuia. & de pruina q̃ habet aliquid ſimile cum niue. Generatio. n. roris eſt ex uapore groſſiori q̃ pluuia & minus calido: eo ꝙ habet aliquid terreſtre admixtum. Et ideo nõ eleuat niſi parum & nõ fit in tpe magni caumatis nec i tpe magni frigoris. & fit eius conuerſio iuxta terrã: qñq₃ ad latitudinẽ unius cubiti: uel palmi uel turris uel huiuſmodi. Fit. n. conuerſio iſtius uaporis dupliciter. ſ. ꝑ ſe. & ꝑ accidẽs ꝑ ſe fit frigore aeris i nocte: qñ nõ ẽ reflexio luminis in ipſo aere a ſole. & iõ ẽt quia parui humoris eſt. Cito conſumit a ſole. Alia ẽ cõuerſio ipſius ex reuolutione multi uaporis i ſeipſum ad aliquid reflectens ipſum: ſicut in olla cooperta reflexus fumus generat aquã & ſicut fit i iſtrumẽto. Quo fit aqua roſacea. Vñ cum cauſet in gramine in ſero: increpuſculo ueſpertino fit roratio ſub menſa: ad reflexionẽ uaporis ad menſam. Pruina aũt fit ex uapore eiuſdẽ nature: ſed frigus dẽpſum in aere terre uicino cõgelat ipm conuertẽdo: ſicut dictum ẽ de niue. Quia uero frigus magis dẽpſat in corporibus ſolidis: ſicut ſunt ligna & lapides. Ideo egrediẽs frigus ab illis & tãgẽs uaporẽ circũſtantẽ cõuertẽdo: cõſtrigit ipm circa ſe ſtare. Quod aũt hoc ueꝝ ſit ſignũ ſatis familiare habet. A ſpirãtibus in hieme ad ueſtẽ & ad pillos: qđ ſpiramẽ in hieme humidius fit q̃ in eſtate

ꝑpter generationē fleumatis: cuius ꝓpria gn̄atio ē in hieme. Groſſus enim uapor ſpiratus cōuertēdo congelat̄: & circūſtat pilis & ueſtibus ut pruina. Duritie āt & rigoris pruine ſup niuē cā ē: qa dēpſum frigus circa terrā ex cōdēſatiōe ipſius ī corporibus terreſtribus: expellit uerſaliter calidū a uapore. Et ideo licet in ipa cōuerſione cōgelet̄: fit tn̄ rigidus eo ꝙ nihil de calore eleuāte ip̄m manet quod reſoluendo mollificet ip̄m. Fit ēt q̄dā roris gn̄atio: plus a paſtoribuſ q̄ a philoſophis inuenta. Eſt aūt uapor ualde ſpiſſus quaſi olei fumus: uel ſepi uel adipis: gn̄atus ex cōmixtione triū elemētorum. ſ. terre & aq̄ & aeris. & calidum ignis ē in eo digerens: & efficit̄ humiditas unctuoſa & dulcis ualde ad modū mellis: & qn̄ cadit ſup uegetabilia primū efficiunt̄ q̄ſi melle pfuſa. poſtea aūt euaporāte humido ſubtili aereo: remanet groſſum terreſtre. & quia bn̄ pmixtum & digeſtum ē uidet̄ ſicut farina molēdini uolatilis reſpſa ſup foliis arborum oleorum: & herbarum. & ex ſiccitate qn̄q; incuruat & cōtrahit ea & īducit ſterilitatē in ipſis. Quādoq; ēt euaporāte calido ex ipſo ad ſupficiē: trahit ſecū humidū. & qa ex frigore aeris gn̄atur pellicula exterius. Ideo īcluſus aer conuertit̄ in ſpm̄ ſenſibilem aīalem & generant̄ inde uermes & muſce parue. Et p̄noſticant̄ paſtores in his duo accidētia frequēter. ſ. uel mortē pecorum uel ouium ſed p̄cipue ouium. Et ad hoc due cauſe poſſunt aſſignari. Quarum una ē quia ex dulcedine tātū inde comedūt aīaliā. ꝙ fel eorum ex multa colera augmentat̄. Mel enim calidū & ſiccū: nutrit colerā: ita ꝙ Kiſtis felis ſcinditur: & fel p inteſtina diffundit̄ & ſcindit ea: & ex inde aīalia moriunt̄. Et huiuſmodi expimentum uiſum ē occiſis pecoribus. Alia cā ē quia nimis auide ſumēdo dulce: opilat̄ epar. Et multū nutrimētū attractū: ab ipſo epate nō pōt ulterius dirigi ad mēbra pp repletionē uenarum putreſcit iō in epate & generant̄ exinde ſanguiſuge: & replēt tōtū epar Et hoc ſepe uiſum ē in ouibus. Hec igit̄ dicta ſint de generatis ex uapore humido in ſublimi. In utriſq; aūt p̄habitis. ſ. generatis ex uapore humido: & generatis ex uapore ſicco inflamabili: ē unū accidēs qđ non ē p̄tereundum. ſ. ꝙ qn̄q; ſubito & tēpeſtuoſe deſcēdunt: & qn̄q; ſuauiter cadūt. & ē duplex cā huius. Quarum una ē frigus expellēs calidū ſibi cōtrariū: ſicut accidit in aſſub deſcēdente: & dracōe q mouet̄ ad latus & nō directe īferius. Eſt enī uapor nō equaliter leuis & grauis: curuās ſe pp dubiū motum: & īflamat̄ cōfricatiōe: queād unū latus pellit frigus obuiās: & ad alterum attrahit calidū cōſimile. Aſſub aūt cadit ex impulſione ſui cōtrarii. Eō ꝙ īclinat ſe ad unā plagā mūdi: dicūt marinarii ꝙ uētus ſubtilis flat uel ſtillat ad illā partē: & puto uerum ēē. Alia

aũt cã ẽ fortiſſima expulſio ex duplici expellẽte unũ ẽ frigus loci ut dictum ẽ. Et huius ſignũ ꝙ qñ extinguit̃ ignis in aquã rarã fit ibi expulſio ſubita & impetuoſa unius ab alio. Aliud ẽ uapor ſiccus expellẽs humidum uel ecõuerſo. & iõ tẽpeſtuoſa pluuia ſemꝑ ẽ uento ꝓcedẽte & inuoluẽte & inſpiſſante nimbũ. & hec dicta ſufficiãt de generatis ĩ alto ex uapore ſicco inflamato: & de uapore humido.

De uentis & cauſa ipſorum in cõmuni. Capi. .v.

Dicendum eſt nunc de uentis: & de cauſa uẽtorum materiali: & efficiente: & de loco generationis eorum. Vẽtus igitur fit ex uapore ſiccò groſſo terreſtri naturaliter. Efficienter aũt a calore ſolis hunc uapòrẽ eleuante: & non conſumẽte. & huius ſignum ẽ ꝙ uẽti fortes ꝓcipue fiũt in autũno: ſole exñte circa equinoctium hyemale: quia tũc ſol comburẽdo exſiccauit elemẽta: & ideo uapor tunc eleuatus magis ẽ ſiccus & terreus: & ideo autũno dat̃ complexio terre. ſ. frigida & ſicca. Locus aũt generatiõis eius ẽ circa mediam regionẽ q̃ ẽ maximi frigòris. Aſcẽdit. n. illuc uapor terreus. Et cum ſit p naturam grauis: & calidus: obuiat ei frigus loci & ĩſpiſſat & grauat ipſum: & facit ipſum deſcẽdere aliquãtulũ. Calor ãt ſolis ĩ ipſo ẽt non ẽ de facili ſeparabilis ab ipſo: quia magis confortat̃ in ſicco terreſtri q̃ in uapore humido. & iõ iterum releuat ipm̃ & inde fit inuoluta ĩpulſio aeris: qui flatus uẽti uocatur. Sic ergo determĩata de cauſa materiali & efficiente: & de loco in cõi. Oportet magis ad ſpẽm uẽtorum tranſire ut ſciat̃. Quare uẽtus nòn uenit de ſublimi queãdmodũ pluuia ſed ſemꝑ a lateribus. Ratio ẽ quia quia locus generationis uẽti ſecundum ꝙ flare incipit: ẽ in extremis terre & non ſuꝑ ipſam. Cauſa aũt huius ẽ quia reflexio radiorum in extremis terre ẽ debilis: & ĩ medio ẽ fortis. & hoc propter angulum radii: qui in extremis ẽ contingẽtie. Angulus ãt in medio ẽ rectus uel acutus obtuſſus. Cum igitur cauſa efficiẽs uẽti ſit calor debilis euocans tamẽ iõ confortatur a materia uenti in extremis terre noſtre habitabilis: & nõ directe ſup ipſam flat.

Cauſa aũt quare uentus flat diſcontinue: & facit flatum unũ & ceſſat ad horam uel flat debiliter: ẽ quia in uapòre illo frigus loci: & non uaporis ſuperiorem partem ipſius deprimit ualde uehemẽter. Et cum latiſſimus uapor ſit inſpiſſatus a frigore: multum agitat aerem. & dat flatum donec deſcendat conuerſiò: ſuperioris extremitatis ipſius ſuꝑ inferiorem terre extremitatẽ. Deinde reſurgit calor ex radio circa terram calido ſuo eleuante ipm̃ & ſubminiſtrãte ei materiã ex eleuatione pluris uaporis ĩ ipm̃. & iõ confortatus iterum dat aliũ flatum fortẽ aſcẽ-

dere. Sciēdū ē enim q̄m uapor terreus nūq̄ aſcēdit eq̄liter ī oībus partibus: qa ſunt ī eo oppoſite uirtutes.ſ. ualde leuis & grauis: & nō eq̄liter ē ſubtilis uel ſubtiliabilis pp duritiam ſicci uaporis: & iō aſcendit ſicut pellis extēſa ab inferiori ad ſupius: cuius latitudo uerſa ē ad nos. His uiſis facile ē uidere quare unus flatus fortior ē alio: & qs eorum. Cū enim ſupior extremitas īſpiſſata frigore loci deſcēdat & ſpiſſum fortius īpellat aerē: tā rarum fortior erit flatus deſcēſiōis q̄ aſcēſiōis. Iſtā āt aſcēſionē & deſcēſionē uaporis uocāt pħi. motū tortuoſum terreſtris uaporis: ſicut ēt uocāt ipm uaporē magis fumū pp ſui terreſtritatē: & uaporē aqueū magis ꝓprie dicūt uocari ꝓprio noīe uaporē. Sic ēt hoc neceſſariū ē ſcire: ꝙ aer ē elemētū obediēs oī īpulſioni faciliter. Cuius motus fit faciliter ad oēm ptē p nām ſui. Et ſignū huius ē ꝓiectio ſagittarū ī aquā leui īpulſu uel uiolēto fortiſſime īpellit aer uel aq̄. & inūdat ps īpellēs ptē uſq; quo ceſſat uis uiolētie. Si ergo tā paruū īpellēſ adeo fortē dat ſibi motū: nō ē mirādū ſi fumus latiſſimus dat flatum hmōi Hec ē ēt cā ſoni uēti ad modū undarum cōfingētiū ſe ſe: eo ꝙ una inūdatio ꝓuenit aliam: & effundit ſe ſup eā. Ex his de plano patere pōt triplex cā abſciſſionis uētorum. ſ. intēſum frigus ītēſus calor: & hec abſcindūt ſimpliciter. Sequēs pluuia: & hoc abſcindit ſcd̄m qd. Frigus qppe intēſum n̄ pmittit apiri foramīa terre ut eleuet fumus. Calor āt ītēſus cōburit fumū. Sed pluuia ex hoc ꝙ infrigidat aerē: grauat uaporē: ita ꝙ tm̄ deſcēdit: ꝙ ſubito nō pōt eleuari a debili calido. Et ſuphumefacit terrā: & ſupficiei poros p quoſ exiuit fumuſ: obſtruit. Et iō ꝑſcīdit mā adaugēs uētū. Et qa qcqd nō generat cōtinue cito deficit. iō ceſſat uētus poſt magnas pluuias. Sed qa ceſſante pluuia iterum reſurgit calidū in aere & ī terra: exſiccādo & eleuādo uaporē & fumū: iō ut frequentius: poſt aliquā horā uel aliquos dies reſurgit iterum uentus niſi ſit pluuia ualde lōga q̄ p multā frigiditatē facit uictoriā ī fumo uēti. Ex his dictis ēt liquet q̄re uapor uētorum nō cōuertitur: ut cadat ſup nos terra pluēs ſicut cōuertit uapor aq̄ & cadit ſup nos aq̄ pluēs hmōi. n. ſcd̄m dicta due ſunt cāe. Quarum una pricipalior ē mā uēti: q̄ ē ſicca & nō bn̄ cōtinuabilis: ſed tm̄ hn̄s aliqd nāe humidi q̄d ē cōtiuū ut fumus: & iō reſoluta n̄ p frigus apparet ſenſibiliter: ſed diſpet ad modū athomorum. Alia cā ē qa uapor uēti nō natat ſup nos ſed dirigit ad extrēa hīabilis terre noſtre: uel cōuexi arcus unius terre & uō cadit ſup nos. Dico āt cōuexi arcus unius terre: qa terra rotūda ē & uētus: quādoq; in terra una ē: & nō ī alia. Et tūc uapor licet nō ſit ſimpliciter ī extremo: ē tm̄ in cōuexo arcus reſpectu terre inſuflat.

De uentis in particulari. Capi. .vi.

Sequitur de uentis in particulari: & loco generatiōis eoꝝ: & de impreſſione ſinguloꝝ: & de hoc quod efficiunt in noſtra habitabili terra.

De quattuor uētis prīcipalibus ſimplicibus & de aliis intermediis.

Circius & aquilo borream ſtipare feruntur.
Affricus atq̃ nothus ſunt auſtro collaterales.
Et circius corus fauonius inde ſequuntur.



SVnt igitur quatuor ſimplices qui naſcuntur uel generantur uerſus quatuor angulos ſolis: ſupra noſtrū orizontē diſtinctos. Sūt aūt ſecūdū Ari. Septētrio Meridies: Subſolonus. i. oriētalis: & fauonius. Inter quoſlibet aūt duos ſunt duo alii. Et ſic octo ſunt medii. Inter ſeptētrionalē & ſubſolanū: ē borreas propinquior ſeptentrionali. Et uulturnus ꝓpinquior ſubſolano. Itē inter ſubſolanum & meridiē. Eurus ꝓpinquior ſubſolano: & nothus ꝓpinquior meridionali ſiue auſtro Item inter auſtrum & fauoniū. Affricus propinquior auſtro: & xefirus propinquior fauonio. Item inter fauoniū & ſeptentrionem. Circius uicinior fauonio: & chorus propinquior ſeptentrionali. Et notandū ꝙ noīa uentoꝝ collateralium nō noīantur ab Aꝝ. ſed ſecundum uſualem ſeptentrionalē. Duos etiā preter

hos incertos flatus & uagos ponunt quidam. Qui ſi ſunt non deriuantur ab iſtis: ſed potius ex eiſdem locis generantur. ita uidelicet quod eleuatio uaporis i giro quaſi cõtinua modo hic modo ibi. Et hec que dicta ſunt de duodecim uentis patent in preſenti figura.

Vpereſt determinare q̃re unus iſtorum ſit magni flatus & pue pluuie & frigide aure. Alter aũt leuis flatus & multe pluuie: & corrũpentis aure. Duo aũt ſunt multorum flatuũ & frequẽtiũ: & nõ fortiũ. Vnus quidẽ abſcidẽs pluuias. ſ. orientalis ſiue ſubſolanus. Alter aũt cõducens pluuias. ſ. occidẽtalis. Dico ergo quod aquilo fortiſſimi flatus eſt: & abſcindit pluuias & depurat aerẽ. Et hec oĩa cauſantur a frigore ſui uaporis. Et quia & cũ egreditur uapor: ſiccus eſt ualde & uentus altius in aere flare ĩcipit. Et ideo puerbiũ uulgi eſt quod uẽti alti flant in autũno. Subſolanus aũt eſt uentus ſiccus calidus abſcindẽs pluuiã: ſed nõ tm̃ ſicut aqlo: eo quod ipſe eſt de uapore ſequẽte ſolẽ qui ſiccus ẽ. Motus aũt firmamẽti iuuat ad hoc. Quia idẽ motus eſt uẽti illius quod motus diurnus. Et ideo diſſoluit uapor & exſiccatur. Fauonius uero pp cãm oppoſitã adducit pluuias. De mediis aũt ſecũdum naturã iſtorum mixtam intelligendũ eſt. Eſt aũt notandũ quod in mane ut frequenter ante diluculũ eſt uentus. Et qñq; de die & ceſſat de nõcte. Quãdoq; ecõuerſo huius cauſa eſt: qa in mane ĩmittunt radii ſolis uapore frigiditate noctis cõpreſſo in oriẽte. Et ideo eleuant ipſum & ipſe: iterũ a frigiditate loci deſcẽdit. Et ideo facit uentũ. Quãdoq; ceſſat ſole lucẽte: qñq; confortat. ſ. qñ ſol nõ ſufficit uincere: ſed ſufficit eleuando depreſſioni cõtinue repugnare. Vapor iterum frigidus deprimitur nocte: & eleuatur die & uentat. Et ecõuerſo uapor ualidior eleuatur de die: & aliquantulũ frigore noctis deprimitur: & proprio calore iterum eleuat: & ideo uentat nocte. Et hec determinata ſint de generatis ex uapore ſimplici: humido uel ſicco & in alto loco.

De cauſis impreſſionum compoſiti uaporis. Capi. vii.

Einde dicendũ eſt de cauſis ĩpreſſionũ cõpoſiti uaporis ſicci & humidi: uel ſicci cũ ſicco: uel humidi cum lumine ſolis: & ſtellarum: uel ſicci cũ lumine ſtellarum. Et ſic habemus oĩa que in alto gñant ex uapore. Prima cõpoſitio eſt uaporis humidi cũ ſicco nõ cõmixtis uaporibus: ſed diſtinctis que cõpoſitio cauſat tonitrua & corruſcationes. Secũdo aſſignabimus cauſam ſup terremotũ qui cauſatur ex uapore ſicco nõ cõmixto ſed cõcluſo in elemento ſolido & ſicco qđ eſt terra. tertio dabimus cauſam de uento turbinis. qui

cauſatur a uēto ſicco obuianti uento oppoſito. Quarto dicemus cām yridis & coloris nebium & nebularum: Et de cometa. Et galaſia. Dicendum eſt igit̄ ꝙ materia tonitrui. Alia materia eſt: & alius locus uel uas generationis eius. Materia aūt eius eſt uapor ſiccus ualde & calidus. Ille enim de facili totus incenditur. Cuius ſignum licet turpe ſit: tamen conueniens eſt. In uentoſitatibus uentris. que quia ſicce ſunt & terreſtres. Ideo emiſſe: ſi modicum tangit̄ ab igne ſtatim inflamātur & crepitant. Et ſi p pannū ſubtilē emittant̄ & candela adhibeat̄ tote inflammant̄ flama lata & ſpſa. Locus aūt uel uas gñationis ē nubes aquoſa & concaua. Eleuāt̄. n. forti calore ſolis ambo ſimul uaporeſ. Cum aūt uapor terreſtris nō ſit adeo dilatabilis: ut aqueus conſtringit̄ in medio ſui quaſi in uētre: & alius expandit̄ circa ipſum quaſi tentoriū. & quia exterior ē humidus. Interior aūt ſiccus īterior fugit cōtrariū in ꝓfundum nubis exterioris. Exterior aūt loci frigiditate etiam contrahit̄ & amplius īteriorē exagittat: & īterior agitatus cōfricat partem ad partē & ad latera exterioris. & ex ipſo motu & confricatione cōtingit ipm igniri & ignis expellit̄ a cōtrario: & in ui ignis ſcindit nubē aquoſam & ī ſciſſura illa accidit corruſcatio & ſonus: que ſimul ſunt tpe: ſed nō ſimul deprehendūt̄ eo ꝙ uiſus celerior eſt q̄ auditus. Exēplum de muliere lauante pannos. & hec eſt ſententia Ariſtotelis. Obſeruandum tamen ē ꝙ tribus modis fit ſonus & tonitruū. & tribus modis egreſſio uaporis unius ab alio: ſicut ꝓbari poterit ſuo loco. & ideo ſex hic notanda ſunt. Fit enim primo modo qñq3 egreſſio uiolēta per expulſionem unius ab altero: ut dicit Ariſ. Quādoq3 aūt non ſic tm̄: ſed uapor ſcindens paulatim: qñq3 nubem ſuam in qua eſt euolans inuenit nubē aliam cōſtrictam ſiccam & ſpiſſam. & impingit in illam. Et ex colliſione facit ſonum. Quandoq3 cum corruſcatione quando ſcilicet ex hoc inflāmat̄: & quādoq3 ſine corruſcatione quādo. ſ. ſolum colliduntur. Tertio autem modo egreditur uapor paruus. Rarus inflāmatus ex nube tenui non multum aquoſa. & tunc uidetur ille ignis ſicut alba flamma per multum fumum & tunc non facit ſonum ī propria nube. Sed obuiat ei alia nubes ualde aquoſa & ſpiſſa. Et quia debilis eſt flamma extinguitur ab illa nube aquoſa: ſuſurrando & fumando potius q̄ ſonando ſicut ſuſurrat & fumat ferrum candēs in aqua tripliciter etiam uapor egreditur ex propria nube. ſ. ante inflammationem: quia quandoq3 incipit comprimi in profundum accumen ſui: & ex commotione: eo ꝙ ſiccus eſt penetrat nubem & egreditur ad aerem & cōmouet ipſum fortiter uel debiliter. Secundum diuerſitatē ſue uirtutis. & hec

eſt cauſa quare ante tonitrua ſunt uenti calidi & fortes. In ipſa autē inflammatione quandoq; uterq; eſt rarus & debilis: & tunc quia non inuenit reſiſtens egreditur ſine ſono uel uento: qui perueniat ad auditum noſtum ſicut in eſtate accidit in ſerotinis paruis corruſcationibus Poſtq̄ autem inflammatus eſt qn̄q; eſt paruus & tunc pulſando latera nubis facit ſonum: ſed anteq̄ pertrāſeat extinguit̉ & tūc auditur ſonus ſcilicet ſibilans: ſicut qn̄ uentus uehemens flat per foramina ſibilando ſine corruſcatione: & iſte diuerſitates a paucis conſiderate ſunt. ſed oēs inueniuntur per experimentū ſi quis obſeruauerit nocte auras in eſtate. Dicendū eſt nunc de diuerſitate uaporis ſecundū calorem uel colorem ignis in ipſa nube. Sed prius de diuerſitate nubis cōtinentis tonitrua tādem de diuerſitate deſcēſus eius ad nos. Eſt āt nubes ut frequēter quadruplicis diſpoſitiōis: q̄ cōtinēt forte tonitrua. ſ. Nigra: rubra Viridis aliquātulum alba: Nigra qdem ē nubes ſpiſſa ꝓprio frigore. & ideo nō dat locum radiis: ut penetrādo dilatēt ipſam & faciāt ipſam albam. Et ideo ſpiſſa fortiter comprimit uaporem & ignit & dat forte tonitruum: ſi uapor ītrinſecus fuerit multus & ſpiſſus. Nubes āt rubeſcēs ex nigro ē: & de ſe ualde ſpiſſa: ſed uapor ignitus iam reſultat p ipſam: & iō illa frequēter dat fortiorem ictum q̄ nigra. Vireſ aūt cū nigredine & rubore paruo ē peſſima oīum nubium: & timēda ſi directe ſit ſup ciuitatem aliquam: qa illa multum hēt igneum uaporē pp rubedinem & multam materiā uaporis pp nigredinem: & pp uirorē multam habet aquā: & iō fit ibi pugna fortiſſima calidi cum frigido: & humidi cum ſicco. In tm̄ ut illa frequēter emittat fulmina magnorum lapidum q deiiciunt turres & edificia: incēdunt ēt hoīes. Albam uero nō oportet timere· qa parum habet de utraq; materia. & iō ſi flāma eius cadit ſup edificia ſtatim extīguit̉ anteq̄ icendat ea· niſi ſint ualde ſicca uel cremabilia. Valde enim ſunt obſeruādi: colores corruſcationis qui multiplices ſunt. ſ. Rubeus. Clarus. Albus Flāmeus: & ruffus: q̄ſi uinoſus. Color dicit̉ rubicundus ſicut uinum rubeū in uitro ſole pluſtratū. Primus aūt cauſat̉ a uapore nō multum ſicco. Humidum. n. dat ei colorem rubeū ſicut ē flāma lignorum uiridium. Et iſte color timēdus eſt: qa humidam cōtinet materiā: q̄ nō ſpargit̉: & iō facilius & fortius incendit. Color aūt flāmeus albi coloris ē uaporis ualde ſicci: ſicut ē flāma lignorum ſiccorum & ideo ſpargit̉ cito & nō ledit niſi facile cremabilia ſicut ē ſtuppa uel huiuſmodi. Ruffus aūt color uinoſus pnotabilis eſt eo q illе color ē uaporis ualde conglutinati terreſtris: & frequēter ſimul ſcindit & īcēdit. Caſus aūt ipſius de nube ſup inferiora: eſt qncu-

plex uel ferẽ.Quoꝝ primus modus ẽ ꝙ cadit uapõr ĩflãmatus ruffus de nube uiridi ꝓfunda.& hic generat lapidem q uocat̃ telum tonitrui hoc mõ uaporabilis cõmixtio terreſtris uaporis incẽdit̃.Et cum tangit uiridem nubẽ q̃ iam ẽ in cõuerſione ad aquã cõglutinat̃:ſicut farina in paſtã.Fortiſſima ãt incẽſio obuiat ei ita ꝙ humor nubis nõ extinguitur.Et ideo conglutinatus uapor fortiſſime humido:calido decoquitur.Et quia calidũ feſtinat fugere humidũ . Ideo in ſuperiori parte acuitur lapis.Vbi primo incipit diſtillare uapor:& eſt groſſus in parte alia.Et hic lapis ſcindit & incẽdit quicqd ĩuenit. Secũdus modus eiuſdem uaporis qñ minus eſt conglutinatus & in nube minus aquoſa.Et tũc nõ cõglutinat̃:ſed incẽſus egredit̃ cũ ĩpetu:& iteꝝ ſcindit & incẽdit:ſed nõ ſcindit niſi ligna & nõ lapides niſi raro. Scindit aũt ex ĩpulſu & ĩcendit ex ĩflãmatiõe. tertius aũt modus eſt uaporis rubri clari q nunq̃ facit lapidẽ ſed tñ ſua flãma nõ ſeparatur auapore : & hec nunq̃ ſcindit niſi ualde cõpacta corpora:que nõ ſunt magne q̃titatis.Si.n.eſſent magne q̃titatis reſiſterẽt ei.Et hic interficit hoĩes & apparet in eis odor cõbuſtionis:& nõ uidet̃ uulnus.Quia cũ ſit ſubtilis ſubintrat ſine uulnere.Et ſi inueniat auꝝ in burſa cõminuit auꝝ & nõ ledit burſã quia burſa cũ ſit quid raꝝ dat ĩtroitũ defacili auꝝ uero cõpactum reſiſtit.Et ideo cõminutum eſt qñq; in partes:qñq; in puluerem.Et hoc modo accidit etiã ꝙ ꝑforat gladium:& nõ ledit uaginã.Alius aũt modus eiuſdem uaporis magis rari & ex minus aquea nube egredientis. Et ille ſubintrat & non ledit diuidendo nec aperte incendendo: ſed eſt corruſcatio rubea ualde nociua.Et illa nocet uineis ſicut dicunt uinitores & precipue botris illis qui multis foliis ſunt cooperti. Et tñ per aliquod foramẽ proicit corruſcatio illuc uaporẽ cũ radio ſuo:eo ꝙ ille uue leſe nõ poſſunt euaporare. Et hec corruſcatio non ſolũ eſt nociua corporibus cum directe cadit: ſed etiã ſuus radius nociuus eſt ei quẽ tangit & corrumpit:eo ꝙ ſit de natura uaporis.Vnde hac de cauſa quidam aſpiciẽtes inflati ſunt in facie:quidã excitati ſunt in oculis.Quartus aũt modus eſt uaporis albi qui egreditur in flamma ſicca non coadunata:Et ideo ſpargitur in aere:ſed tamẽ egreditur cum magno impetu propter profundam nubem in qua eſt que eſt aquoſa multum & iſte ſcindit & ſcindendo extinguitur.Ita ꝙ ea que ſcindit uidentur alba & non apparet in eis ſignum combuſtionis.Et qñq; ĩterficit:& qñq; non.Et hoc quando bene eſt fortis eius impulſus.Et quandoq; propter ſui diſgregationem percutit unum in loco uno & non ledit ſociũ ſuum iuxta eum ſtantem:& percutit eum qui ſtat remote. Quãdoq;

etiã reflexus a pariete aliquo progredit ad aliũ & pcutit illũ. Et qñq3 eſt debilior. & qñq3 cõſumit ueſtem uel calcẽ ſine leſione pedũ & extinguit: & ceſſat uiolentia & non ledit hominẽ: Quintus modus egreſſionis eiuſdẽ uaporis eſt ex nube dibilitata: & ille nihil omnino nocet qa ſtatim ad tactũ aeris extinguit & retũdit. Ita ꝙ ſtatim ceſſat ſimul ĩcendiũ eius & uiolẽtia ĩpulſus. Sed hic adiiciendũ eſt ꝙ ꝓpriũ tẽpus tonitrui eſt. Aliud in frigidis regionibus. ſ. in climate quito & ſexto & ultra: & aliud in calidis. ſ. in quarto: & tertio: & ſecũdo & primo. In regionibus frigidis raro fortiter tonat: niſi ſole exiſtente ĩ tropico eſtiuali: q eſt ĩ capite cancri uel accedẽte ꝓpe uel recedẽte: eo ꝙ tunc fortis exiſtẽs ſimul eleuat uaporẽ aque & terre: ex qbus iunctis cauſat tonitruũ. In aliis aũt. ſ. calidis regiõibus cauſant tonitrua ĩ equinoctiis hoc eſt ſole exiſtẽte ĩ capite arietis & libre Quãdo. n. eſt in cancro: tũc potius ĩcẽdit uaporẽ q̃ eleuet ipſum. Nec hoc ẽ cõtrariũ qđ ſupradiximus ſcilicet ſol ĩ eſtate abſcindit cõburendo uapores: hoc. n. uerum ẽ de uaporibus debilibus. Sed cũ fortis ẽ calor nõ põt cõſumere uaporẽ groſſum ſed eleuat ipſum: ſicut magnus ignis eleuat magna ligna incẽſa & facit ea uolare per aerem. Vnde & ruſtici obſeruauerunt: ꝙ non pue cõſiderationis eſſe uidet. ſ. ꝙ qñ in hyemalibus ſignis ſicut in capricorno uel aquario audiunt tonitrua: ꝙ tunc initio ueris: & forte p totum ãnum plus uentabit: q̃ in alio ãno. Et huius cauſa ẽ: quia ſignificat multam materiam uentorum eſſe in aere: que nõ de facili abſcindit etiam per totum annũ. De tonitruo dicit Iſidorus in libro ethimologiarum tonitruũ dictũ eſt eo ꝙ ſonus eius terrat. Nã totus ſonus dicit: qui ideo interdũ tã grauiter cõcutit oĩa: ut celum diſcidiſſe uideat. Quia cũ ꝓcella uehementiſſimi uẽti nubibus ſe repente ĩmiſerit turbine inualeſcẽte: exitũq3 querente: nubẽ quã exintrauit ĩpetu magno pſcindit: ac ſiccũ horrido fragore defert ad aures. Quod mirari qs nõ debet cũ ueſcicula q̃uis pua ſit. magnũ tñ ſonũ diſploſa emittat. Cũ tonitruo aũt ſimul & fulgur exprimit. Sed illud celerius uidet: qa clarũ eſt hoc autẽ ad aures tardius puenit. hec igit dicta ad pſens de tonitruo ſufficiant.

De tpe impreſſionũ tonitrui & corruſcatiõis. Capi. viiii.

TEmpus aũt impreſſionũ que ſunt tonitruũ & corruſcatio eſt precipue in eſate. & qñ etiã ẽ magnum cauma: & tpe magni eſtus. Cuius cauſa eſt quia impreſſiones fiunt de uaporibus groſſis ſpiſſis & humidis: ex quibus fiunt nubes nigre ſpiſſe uel ſicce: quia ſunt ex uapore terreſtri inflamato. Vapor autem huiuſ-

mōdi eleuatus in ſuperficie terre ubi terra ſubtilis eſt aqua ſubtilis eſt que per pluuias deſcendunt ad terram. Sed uapor iſte emittitur de profundo terre ubi aqua eſt impura terreſtris ſpiſſa: & groſſa: & glutinoſa materia de terminis uicinis terre. quia ex his proprie fit uapor harum impreſſionum. Vnde non poteſt niſi fieri ſit calor ualde magnus: & ideo non poteſt niſi fieri tempore eſtiuo. Adhuc etiam nō fit tonitruum niſi de uapore aduſto: qui in ſui inflāmatione uel aduſtione incipit inflāmari: ſicut antea diximus. Calidū aūt adurenſ nō eſt niſi tpe eſtatis: & ideo uapor tonitrui & corruſcationis nō eſt niſi ī frigore fortiſſime impellēte nubem aquoſam: & comprimente uaporē. tale aūt frigus nō eſt in aere niſi ſit expulſum undiq; p locū uicini aeris hec aūt īpreſſio non ē fortis niſi tpe caumatis: ut patet p iā dicta. Generatio aūt tonitrui & corruſcationis per ſe: nō eſt tpe eſtatis. ex hoc aūt ſcitur ꝙ generatio iſtorum eſt poſt ſerenitatē. Licet in ipſa operatiōe celū obnubilet̄ quia tpe nebuloſo calidū diſperſum eſt in aere & nō facit fortē operationē in loco uno. Sed tamen quia iſta non ſunt niſi ī nubibus: neceſſarium eſt ut celum obnubilet̄ & in ipſo deſcēſu ipſorum. Licet aūt aliquando uideantur nō eſſe nubes: tamen micant fulgura ſicut in eſtate in ſero uidetur corruſcatio celo ſereno: precipue ī crepuſculo: tamē ibi nubes ſunt: unde emicat corruſcatio: & ad nos uenit alteratio ſplendoris tantū. Ex dictis etiam ſcitur facile locus duplex harum impreſſionū. ſ. locus ubi gn̄antur ſecūdum formas ſuas: & locus unde extrahit̄ materia ſua. Neceſſe ē enim ꝙ generētur in loco ſuo & altiori q̄ alie impreſſiones humide: quia ille locus ſuperior eo ꝙ ad ipſum frigus repellitur ab inferiori calido. Et huius ſignum ē multū ſpacium quod eſt inter auditum noſtrum & corruſcationem & precipue quando ſunt magna tonitrua: quia maius ē tunc illud ſpacium q̄ cum parua ſunt tonitrua. Locus autem: unde extrahitur materia eſt humidus groſſus humorem aqueum habens & terreſtre cōglutinoſum nō de facili ſeparabile: quia per ignem adurētem magis comprimitur & inſpiſſat̄ in nube. Quod autē Iuppiter qui ē unus de ſeptem planetis habeat uirtutem & proprietatem tonandi. Non alia cauſa eſt niſi quia habet uirtutem & proprietatem eleuare fortem materiam ſiccorum uentorum: & precipue quando coniunctus fuerit in uirtute aliqua cū Marte tempore eſtiuo & ſignis aquilonaribus: quia tunc certiſſime ꝑdici poſſunt: ꝙ multe ſtillationes fient in aere. Ita etiam ut periculum ſit futurum hominibus propter peſtilentiam: ex nimia corruptione futura ꝓpter incēſos uapores peſtiferos immixtos aeri. Quia Iuppiter

cum Sole eleuat eos: & incēdendo corrūpit aerem: & ita fit aer uinoſus. & hec de tempore & de loco dicta ſufficiant.

De terremotu. Capi. x.

TErremotus aūt cauſam materialem habet uaporem ſiccum groſſum ualde terreſtrem. Efficiētem aūt habet calorem ſolis penetrantem in pfundum in uentre terre. Locum aūt habet terrā opilatam in ſuperficie. Locus aūt opilat᷑ tribus de cauſis. ſ. Aut quia ē non arenoſus mari tñ uicinus. Ita ꝙ fluxus & refluxus maris ſunt apud terminos ipſius: & ſic opilat᷑ locus humido maris & concludit᷑ uapor q non pōt exalare qa humidum ē repletiuū pororum aut opilāt᷑ pori cōtinuis pluuiis replentibus poros. Aut qa terra eſt ſolida ſaxoſa ſaxo continuo. In his enim exſiccat᷑ uel excitat᷑ uapor a calore ſolis ſubtus: & nō pōt exire pꝑter opilatos poros in ſupficie. & ideo multiplicāt᷑ ibi uapores in uentre terre. Materia aūt cum ſit terreſtris uapor diuiditur p multum & paucum & groſſum & ſubtile & calidum aduſtiuum: & frigidum temperatum. Ex his igit᷑ duobus. ſ. ex loco & materia concludit᷑ tempus egreſſionis & effectus. tempus igitur egreſſionis ut frequēter: ē tempus equinoctii quia tūc multiplicatur materia uentorum & in terra & extra. & multiplicata materia ſcinditur terra & extenditur & egreditur. Viſus eſt tamen magnus terremotus durans multo tempore in Lombardia: qui fuit circa tempus tropici hyemalis. & hoc accidit ex eo ꝙ materia fuit multa & profunda in terra: & pori illo tpe ualde opilati ī terra. Ita ꝙ nō potuit euaporare paulatim: & ideo mouit ſepe. Erat aūt uapor ille calidus ualde & diffuſus p latitudinem illius prouincie. & quia erat calidus ualde ut frequenter quieuit in die: quia tunc ſubtiliabatur a ſole: ita ꝙ mouere non poterat terram. De nocte aūt frigore noctis inſpiſſabatur. ita ꝙ tunc mouere ualuit. Et ideo precipue mediis noctibus ueniebat & durauit ſic fere per. xxxx. dies: Tempus etiam diurnum eſt magis in mane & meridie: q̄ in alio tēpore & magis in nocte q̄ in die: niſi aliter ueniat p accidens. Quando enim uapor eſt calidus ſicut frequenter eſt: tunc nimis ſubtiliat᷑ in die: & inſpiſſatus mouet terram in nocte. Si āt eſt frigidus paucus: tunc ſtat de nocte: & quia paucus eſt. Primo reſpectu ſolis in mane ſubtiliat᷑ & mouet. Si uero eſt frigidus & multus & ſpiſſuſ: tunc non ſubtiliatur ad mouendum niſi ſole confortato ſuper ipſum ī meridie. egreſſus autem eius quādo eſt paucus ſubtilis: & pori terre laxi eſt ſine ſono & non inducit niſi paruum terremotum ſiue tremorem. Si autem eſt ſubtilis paucus & terre pori conſtricti: tūc in-

ducit cum paruo tremore ſibilum quendam. Si uerò ē multus ſpiſſus: & terre pori cõſtricti: tũc aut ē frigus nõ adurens: aut calidus adurens. Item aut ē uapor unius uenti principalis. Aut duorũ oppoſitorũ: ſicut aqlonis & auſtri. Siue ſubſolani & fauonii: Item aut ē in loco ubi ſunt aque: aut ubi nõ ſunt aque. Si ē uapor minus frigidus ĩ loco nõ aquoſo & multus & terre pori opilati eleuabit terram: ita ꝗ uidebit᷑ mons uel collis. & ſi proiicit᷑ ad alium locum ex impetu: tunc iterum reſidet egreſſo uapore uel ĩ toto uel in parte. Si aũt ē frigidus multus in loco opilato. ubi ſunt aque. tunc ſi aque ſunt in ſupficie eleuationis abſorbebit eas p tempus: donec reſideat quod eleuatum ē. Et ex hac cã accidit hoc qđ pro miraculo habitum eſt in partibus noſtris: in necayo: in loco q dicit᷑ loyſen. Ibi enim abſortus fuit necayus fere per unam leucam uno die & non ſentiebat᷑ minutio aque ſupra uel infra illam leucã eo ꝗ in loco terremotus abſorbebat᷑: & egrediebat᷑ poſt. & iterum reſidẽte fundo manauit ut prius. Si aũt aqua fuerit in ꝓfundo. tũc quandoqꝫ proiicit terram: & facit eam aperiri. Si aũt ē uapor ſiccus aduſtiuus: & in loco opilato nõ aquoſo: tũc egrediẽs exſufflat multum cineris combuſte terre. Ita ꝗ quandoqꝫ aperit ciuitates uicinas & deſtruit eas. Quandoqꝫ etiam tam iſte q̃ precedens proiiciunt terram uel cinerem in fluuium: & operiunt ita ꝗ uidentur abſorbere eum. & quandoqꝫ etiam obſtruendo fluuios in una parte: eogunt apparere uel aperire in alia. Si autem eſt uapor qui opponitur alii. Hoc eſt ualde incautum quia tunc facit profundas uoragines. & quandoqꝫ unus mouet aquã uenientem a parte una. & alius uenientem a parte alia. & inducunt ex concurſu diluuium particulare: & precipue quando obſtruunt hoſtia fluuiorum ad fluxum cõſuetum. Exemplum autem de terremotu ponitur in caſtanea & ouo. que ſi ponantur in igne nõ fractis corticibus uapor qui eſt interius excitatus a calore exteriori ĩcipit ſubtiliari & uolens exire: cum ĩueniat reſiſtentiam impetu magno frangit teſtam. Ita ꝗ frequenter proiicit ouum uel caſtaneam de igne. Signa aũt ꝑcedentia terremotuũ ſunt frigus ex uapore frigido: & ſonus ex motu ſubterraneo. Sequẽtia aũt ſunt. Caligo & tenebre circa ſolẽ uel ſtellas: ꝑꝑ diſpoſitionem nubium. & hec de terremotu dicta ſufficiant.

De uento turbinis. Capi. xi.

Equitur nunc uidere de uento turbinis. & de illo determinare facile eſt ſecundum predicta. Quia non cauſatur niſi a uentis ex oppoſito contra ſe uenientibus: quorũ uterqꝫ equipotens eſt alii. effectus autem eius eſt. Quandoqꝫ eleuatio

pulueris. Et quandoqꝫ eradicatio arborum ſecundū ꝙ fortiores ſunt & debiliores. Quandoqꝫ autem unus eſt debilior altero cum reſiſtentia tamen aliqua: & tunc cedit. & per totam uiam unius flatus ſemper eleuatur puluis inuolutus ſecundum circulum. Fit etiam quādoqꝫ turbo per accidens a uento uno tantum: quando repercutitur ad parietē aliquam uerſus flatum ſuum.

De generatis ex uapore: & primo de yride. Capi. .xii.

REſtat dicere de generatis ex uapore q coniungitᷣ cum lumine Solis & Lune & ſtellaꝝ ſicut ē yris & circulus ſolis & lune & comete: & colores nubium & nebularum & galaſya. Sciendū igitᷣ ꝙ yris ſecūdum Ariſtotelem cauſatᷣ ex radio ſolis redeunte ad uaporem contrarium nubi. i. ſtātem ante nubem ſicut quando radius refulgens in aquam relucet ad parietem. & hoc quando rorando incipit deſcendere tempore pluuie. Oportet autem nubē eſſe terſam & quietē. Ex quiete enim ꝑtes cōfluūt cū ſint ſimiles. & ſic exterior ſuꝑficies plana fit ad recipiēdū radioꝝ impreſſionē. & ſic radius relucet ad uaporem: ſicut ſpeculū luminoſum relucet ad ſpeculū ſimile ſibi cotra faciē poſitū. huiuſmodi ſignū ponit Ari. in libro metaphiſicoꝝ. Dicēs ꝙ uiro cuidā debilitatus fuit uiſus. & dum iret uidit ante faciē ſuā lumē. Quia multo humore groſſo & turbido in pupilla oculoꝝ defluēte: imago eius confuſa & ꝑcipue oculorum imprimebatᷣ ī humore tāq̄ ī ſpeculo. Ita ꝙ putabat aliū ſimilem cōtrafaciē ſuam ambulare. Et licet ſol cuius imago eſt yris ſit rotūdus: qa tñ longe altior ē nubibus: ſuꝑiorem ꝑtem nubis tangēs īprimit ei formam arculeā. Vnde q̄tō ſol eſt ortui uel occaſui propīquior tantō ī ꝑte oppoſita apparet arcus maior. Colores aūt yridis cauſantᷣ ex eo ꝙ nubes irradiata a ſole ꝑtes quaſdā hēt altiores: & alias demiſſiores. Itē aliquas habet groſſiores q̄ ut ſolē tranſmittāt. & alias ſubtiliores q̄ ut ſolē excludāt. hec inequalitas alteraturā faciens lucē umbrāqꝫ ꝑmiſcet & illā mirabilē arcus ſpēm repreſentat. Sunt aūt colores arcus ſecundum Ari. tres aut quattuor. ſ. uinoſus ſiue rubeus extrinſecus ſuꝑ globoſitatē arcuſ: poſt quē ſeqᷣtᷣ uiridis q ē īterior & exterior. Sed medius calor inter hos ē ceruleus: quare in ſuꝑiori uariatus inter album & rubeum ē quaſi pallens color. Sed in inferiori parte uariatus īter album & uiride: ē quaſi citrinus. Et nō poſſunt pictores facere colorē ſimilē yridi & precipue calore compoſitū medium īter īrinſecum & extrinſecum. Quidam tñ dicunt yridē habere q̄ttuor colores principales ex quattuor elemētis. ex q̄bus ēt nubem eſſe cōpoſitam. Ab igne rubeū.

Ab aere purpureum: Ab aqua glaucũ: a terra pp herbas uirides uiridẽ

Arcus iſte in diuerſis tpibus diuerſa ſignificat. In meridie enim ortus: magnã uim aquarum eſſe in aere que in meridie poſſunt dominari. Si uero circa occaſum fuerit: tonabit & leuiter pluet. Sed ſi ab ortu uel circa ſurrexerit: ſerenitatem pmittet. De arcu Ari. dicit poſt autũnale equinoctiũ qualibet hora dici arcum poſſe fieri. Eſtate uero nõ niſi incipiẽte uel inclinato iam die. Cuius rei iſtam reddit cauſam. In eſtate ſol circa meridiẽ calidiſſimus nubes exurit. Ita q̄ ſuã in eis imaginẽ imprimere nõ põt. Sed matutino tpe: aut uergẽs in occaſum quia minus calet a nubibus ſuſtineri põt: & ſuã imaginẽ in eis ĩprimere põt. Itẽ cum ſol nõ ſoleat facere arcũ niſi oppoſitus his nubibus in qbus facit. Cum uero dies breuiores ſunt & ſup nubes ẽ ſol obliq̃ oppoſitus. & ideo in qualibet pte diei ẽt cũ ſol eſt altiſſimus nubibus ſuã põt imprimere imaginẽ. Temporibus uero eſtiuis ſup uerticẽ noſtrũ fertur: & tũc media die directe reſpicit nubes nec eis ſuã imaginem imprimit. De yride dicit Iſidorus ĩ libro ethimologiarum arcus celeſtis dictus ẽ ad ſimilitudinẽ ĩcuruati arcus: yris huic pprium non eſt. & dicitur yris quaſi aeris. Quod ad aerẽ de terra aſcẽdit: uel qa p aerẽ deſcẽdit ad terram. Hic aũt a ſole reſplẽdet dum caue nubes ex aduerſo radium ſolis accipiunt & arcus ſpẽm fingũt. Cui uarios colores illa dat res: quia aqua tenuis: aer lucidus & nubes caligantes irradiata iſta uarios cauſant colores.

De circulo qui apparet circa ſolẽ & lunam. Capi. xiii.

Circulus aũt qui uidetur quandoq̃ in circuitu ſolis ſiue corõna cauſatur ex uapore humido aſcendente & multiplicato in aere ſup quẽ cum illuminatur ſol: relucet ſplendor eius in aere ultra ipſum uaporem aut in ipſo. Deinde reflectitur illud lumen ab aere rediẽs ſup ipſum uaporem aſcedentem & ſic uidetur circulus ſiue corona in circuitu ſolis. Et licet circulus iſte uideatur ſolem tangere: nõ tamẽ lõge a terra fit iſta effigies. Sed uiſus noſter imbecilitate deceptus: putat ipum eſſe circa ſolem. Et ſimiliter accidit in lunã: & in aliis ſtellis habẽtibus lumen. Hii circuli in nocte circa lunã & ſtellas frequẽtius apparẽt: circa ſolẽ uero in die rarius: propter fortitudinẽ caloris illius uaporem reſoluẽs. Circuli iſti ſi delapſi equaliter in ſemetipſos euanuerint ſignificant aeris tranquilitatẽ. Si aũt in unam partẽ quaſi rupti ceſſauerint: uẽtum aperte illa flare ſignificant. Si uero pluribus locis rupti fuerint tẽpeſtatẽ naute in mari expectant. Videtur ẽt quãdoq̃ q̄ calor ſolis ſit parue aut uehemẽtioris rubedinis: quod cõ

tingit ex fumõ multo a uapore aſcendẽte ad ipſum. Sicut cõtingit ex fumo aſcendẽte ex lignis uiridibus cõiuncto cum lumine ignis.

De cometa. Capitulum. xiiii.

COmete aũt ſtelle ſunt habentes comas: quod ſit propter aerẽ inflãmantem cõtẽtum a ſtellis ſiue a planetis quinqꝫ. ſ. Saturno: Ioue: Marte: Mercurio: & Venere: Iſti enim planete propter uelocem motum ipſorum igniunt aerem qui eſt in circuitu ipſorum: & ſic propter aerem inflammatum contentum a ſtellis predictis cõiuncto lumine earum cũ eo uidentᷣ comete ille ſtelle. Dico autẽ ꝙ cometa nihil aliud eſt q̃ uapor groſſus terreus cuius ꝑtes multum ſibi cõiacent: paulatim aſcendentẽ ab inferiori parte eſtus uſqꝫ ad ſuperiorẽ eiuſdẽ ubi cõcauitatẽ ignis cõtingat & ibi ſit diffuſus & inflãmatus. Et ideo uidetur longum frequenter & diffuſus. Dico aũt ꝙ eſt uapor terreus: ut habeatᷣ materia uaporiſ. & dico groſſus quia ſi eſſet ſubtilis neceſſario haberet euaporari & diſſiparetᷣ. Et dico cuius partes coniacent: quia eſt bene mixtus uiſcoſus. hic aſcendit ad regionem que dicitᷣ eſtus. Et quia multã cõformitatẽ habet in partibus ſuis Primo per calorẽ ignis diffunditur & poſtea inflãmatur: & in medio remanet ſemꝑ ſpiſſus ubi nutritur theſauro ſuo qui eſt ſub eo. & ideo eſt flãma alta ualde & ſpiſſa. Illud aũt quod diſtat ab imo diffuſum ad latera tenue eſt: & habet flãmam tenuẽ ad modũ nubis albe uidetᷣ huius coma. Durat aũt per totũ tempus quo ſic euaporat ad ipſum ſuus theſaurus. ego autem cum multis aliis. Anno dominice reſurrectionis M. cc. quadrageſimo. In ſaxonia uidi trabem quaſi iuxta polum ſeptẽtrionalẽ: & proiecit radios ĩter meridiem & occidentẽ magis dirigẽs conus ad orientem & conſtat ꝙ ibi non ſunt alicuius planete.

Quomodo cauſantur colores nubium. Capi. xv.

